

aureorum pena, magistrum Bohemum proxima a litteris acceptis die si minus in decanum elegerint, mulctatum iri. Hoc decreto ab illustrissimo principe utcumque extorso, instabant premebantque decani: Ni Omnium sanctorum die eligatur decanus, facultatem predictae obnoxiam fore poene. Saniori autem facultatis parti videbatur consultum, ut dns. rector cum decanis peterentur, quo sacrosancte Omnium sanctorum solennitatis ratio haberetur nostrique a principe illustrissimo iamiam regressuri proximo die legati prestolarentur. Quod et fecimus. Sed irritus cessit labor actaque egimus. Dixerunt enim se non posse, nedum velle illustrissimi principis infringere decretum, cum sibi persuadere potuissent immo, ni fallor, debuissent illustrissimum principem nostrum Christianissimum eundemque religiosissimum tam invidiosum sancto illo die tractari non voluisse negotium, quod citra omnis<sup>1)</sup> nostre litterarie reipublice minorique sana et cum doctorum tum plebeorum hominum oblocutione posteriori die fieri potuisset. Sed quid plura? Cum secus agi rem non licuit, ad quartam sanctissimi illius dici horam facultatem convocaram. Que magistrum Iohannem in facultatis senatum, dein continuo in decanum eligi statuit. Que omnia ante septimam vespertinam eius dici horam ordine ad nostri illustrissimi principis gratiam contra queque<sup>2)</sup> facultatis statuta item et reformationem<sup>3)</sup> sunt facta. Que autem hec sint statuta, copiarum facultatis liber videatur, ubi itidem et facultatis ad illustrissimum principem supplicationes atque principis vicissim ad facultatem littere hac in causa per universitatis notarium sunt conscripta. Deus gloriosus bene vertat omnia! Amen. \*

Nov. 1.

### 1525 Wintersemester. 233. Decan Iohannes Horack von Hasenberg.

N 50.  
C 144.

Anno domini vigesimo quinto supra millesimum quingentesimum vigesimo quinto in ipsis Omnium sanctorum feriis<sup>5)</sup> ex reformatione atque adeo iussu principis illustrissimi principis Georgii electus est magister Ioannes Hosenberg Bohemus Horack in decanum facultatis arcium et in suo magistratu hosce officiales habuit:

Nov. 1.

#### Officiales:

Clavigeri mgr. { mgr. Caspar Deysel Polonus nacione  
mgr. Gaur<sup>4)</sup> hoc semestri repudiatus fuit ab emolumento facultatis arcium  
mgr. Leonhardus Schacht Misnensis.

Executores et electi visitatores { Ioannes Hosenberg decanus, Polonus  
Ioannes Sawr Bavarus  
mgr. Muchel Misnensis  
Heningius Pyrgallus Saxo.

\* Provincia lectionum prelegendarum partim a facultate nostra, partim theologica collatarum subscriptis magistris delegata est:

<sup>1)</sup> Korrigirt aus omnem. <sup>2)</sup> queque und reformationem sind mit Tinto fiberdeckt worden. <sup>3)</sup> C fährt fort mgr. Ioannes Hosenberg, ecclesie metropolitane Pragensis canonicus, in decanum facultatis arcium ex reformatione atque adeo magno imperio illustrissimi principis Georgii nimirum sub pena trecentorum aureorum hoc acta in ephemeridem hanc retulit. <sup>4)</sup> ex contumacia et insuper iustissimis de causis, consensu totius ad unum facultatis repudiatus fuit per dimiatum annum ab emolumentis facultatis arcium.